



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

32. Concipit Dilectum suum Clavis ignitis, & flammis eiulantibus Cruci
adfixum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

perita Bona non cessauit enarrare quæ
per seruum suum Dominicum, solo
CRVCIS signo adhibito, Dominus
CRVCIFIXVS mirabilia operabatur. I-
psi laus, honor & gloria in secula sem-
piterna.

*Ex Chronico FF. Prædicatorum 1. p. lib. 1.
cap. 49. Scriptore Ferdinando Castilio.*

II.

AMATOR CRVCIFIXI

*concepit Dilectum suum clavis ignitis, &
flammas ei aculantibus Cruci ad-
fixum.*

PROFECTO, clauos quibus CRVCIFIXUS
fixus fuit CHRISTVS, optimè con-
ceperis, dixerisque quisquis tenerè di-
ligis Christum, fuisse ignitos: nimirum,
tenaci, firmo, ac inflammato illum a-
more, Quod est Ecclesiastæ XII. II. A.
*Verba Sapientum sunt stimuli, & quasi
Clauis in altum defixi.* Hebræi legunt:
quasi Clauis plantati. Græci aliqui Codi-
ces habent *καὶ τοὶ ἰγνῖτοι*, igniti, quo-
modo etiam legit Olympiodorus, &
rationem addit: quia Clauis igniti atque
candentes facilius aliusque ligno infu-
guntur. Sanè nisi CRVCIFIXI IESV clauis
fuisse

32.
Clauis
Crucifixi
igniti.

90 CHRISTVS CRVCFIXVS

fuiſſent amore Igniti, neque tam facile Omnipotentis manus penetrarſſent, neque tam altè Cruci infixi fuiſſent, & facillimè tot irritantium, inuitantium, blaſphemantium malleis, retrorſum aſti fuiſſent. & excidiſſent.

*Igniuntur
amore.*

Vinam CLAVI, quibus configimur CHRISTO in CRUCE, timor, fides, verba, doctrinaque Sapientiæ, amore ſine candentes, firmiter conſtanterque hærebimus.

Funis putreſcit.

Fune alligamur, ſi propoſita tentatione, reſpicimus honeſtatem, & promiſſum CHRISTO factum, ac fidem ſemel datam. At putreſcit frangiturque facile funis. *b* Clavus fortius firmat, divini timoris, æternique ſupplicij; ſed non infigitur ſaè altè, ideoque facile excidit. Si accedat ignis amoris, & exardeſcat caritatis flammâ, ita ut vnus efficiaris cum DEO ſpiritu, configet te CRUCI cum CHRISTO inſeparabiliter.

*Ferrum
rubiginofum.*

*Niſi igne
candeſcat.*

a. S. Hieronymus, Salonius, Albinus in Eccleſiaſt. Lorinus & Pineda ibid. Eucherius in formulis cap. 8. b. S. Bernardus Sermone de triplici coherencia, Vincenti, Clavi, Glutini.